



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

Thomas Riocan. Ludouicus Cafucu. Dionysius Yamamoto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

cere, ludibrijs, vinculisque vexati sunt, atque occisi, quia id placiturū credebatur Cabraëli, qui contra Sequedum Abassinę Imperatorem Christo addictum, pro Schismate tuendo arma ferebat: & sciebatur Patres hos ad Sequedum pro fidei Christianę propagatione, adeoque pro extirpando schismate, proficisci.

Thomas Riocan.

Ludouicus Casucu.

*Dionysius Yamamoto. No-
uitij.*

Tres hosce Seminaria Societatis ad omnem Christianę disciplinę normam instituere. Vnde illi postea socijs inter labores Euangelij vtilis vbiq; adiutores, ac periculorum quoque socij fideles adhesere. Fuere ali-

*Iapones.
Cocura.
Septembri.
1633.*

N
quam-

Fides.

quamdiu extorres à patria. ob Christi fidem: sed cùm rediissent, ac Patribus comites perpetui adessent, Nangasachi in carcerem coniecti sunt, & (quia id petebant) ritè in Societate admisi. Cocurę tandem lento igne cremati sunt; quòd Christianam fidem populis prædicassent.

P. Georgius Fernandez
ætat. 33. Soc. 18.

P. Gomez Damaralius.
ætat. 37. Soc. 20.

Lusitani.
in Iava.
24. Sept.
1580.

Georgius cum Aquaviua in Indiam venit: Gomez ante illum cum Valignano: idque se dixit à Deo per Deiparam, quæ Rupis Franciæ nomine in extrema Castella percolitur, impetrasse. nam peregrinatione votiua illuc profectus, quod à Superioribus

B.V.

bu
ib.
po
qu
tu
ue
ne
su
ui

di
pe
ru
(v
to
pl
tr
&
bu
in
e
se
re